Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

[S.l.], Datierung unklar

Iohel propheta; prologus

urn:nbn:de:bsz:31-67620

Visual Library

vitulos adorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina. et sicut ros matutinus preteriens. Sicut pulvis turbine raptus ex area. et sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus tuus de terra egypti. et deum absque me nescies. et salvator non est preter me. Ego cognovi te in deserto. in terra solitudinis. Iuxta pascua sua et adimpleti sunt et saturati. et elevaverunt cor suum. et obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leena. sicut pardus in via assyriorum. Occurram eis quasi ursa raptis catulis. et dirumpam interiora iecoris eorum. et consumam ibi eos quasi leo. bestia agri scindet eos. Perditio tua israel. tantummodo ex me auxilium tuum. Ubi est rex tuus. maxime nunc salvet te in omnibus urbibus tuis. et iudices tui de quibus dixisti. da michi regem et principes. Dabo tibi regem in furore meo. et auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas effraim. absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei. ipse filius non sapiens. Nunc enim non stabit in contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos. de morte redimam
eos. Ero mors tua o mors. morsus tu- xiv
us inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis. quia ipse inter fratres dividet. Adducet urentem ventum dominus de deserto ascendentem. et siccabit venas eius. et desolabit fontem eius. et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. Pereat samaria. quoniam ad amaritudinem concitavit deum suum. in gladio pereat. Parvuli eorum elidantur. et fete eius discindantur. Convertere israel ad dominum deum tuum. quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba. et convertimini ad dominum. et dicite ei. Omnem aufer iniquitatem. et accipe bonum. et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non salvabit nos. super equum non ascendemus. nec dicemus ultra. dii nostri opera manuum nostrarum. quia eius qui in te est misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum. diligam eos spontanee. quia aversus est furor meus ab eis. Ero quasi ros. et israel germinabit quasi lilium. et erumpet radix eius ut libani. Ibunt rami eius. et erit quasi oliva gloria eius. et odor eius ut libani. Convertentur sedentes in umbra eius. vivent tritico. et germinabunt quasi vinea. Memoriale eius. sicut vinum libani. Effraim. quid michi ultra ydola. Ego exaudiam. et dirigam eum ego. ut abietem virentem. Ex me fructus tuus inventus est. Quis sapiens et intelliget ista. intelligens et sciet hec. Quia recte vie domini. et iusti ambulabunt in eis. prevaricatores vero corruent in eis.

Explicit osee propheta. Incipit prologus iohel.

Sanctus iohel apud hebreos post osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine effraim ad decem tribus confertur vaticinium. que vel samaria vel israel sepe memorantur. sic in hoc propheta omne quod dicitur ad tribum iuda et ad ierusalem pertinere credendum est. et nulla omnino israhelis id est decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoque quibus prophetavit eadem debemus accipere. que in osee legimus. in diebus ozie. ioatham. et achaz. et ezechie regum iuda. et in diebus hieroboam filii ioas regis israel. Porro factum esse sermonem domini ad eum ei refertur cui fit. non ad conditionem illi quod fieri dicitur. ut alibi legimus. dominus michi factus est in salutem. Auditus autem inscriptureis sanctis non est ille qui mauit sonat. sed quod corde percipitur. iuxta illud quod dominus loquitur.

qui habet aures audiendi audiat.
Quod autem dicitur cuncti senes: et lau
ne sonat auribus percipite: ipse non au
re. sed corde percipitur. Qui senes sunt
et celestes: audiunt spiritualiter.
Qui autem habitant in terra appellantur
terreni: auribus percipiunt. Ubicumque
autem hec duo verba coniuncta ponuntur.
non ad simplicem tantum uocum sonum: sed
ad reconditam quoque dictorum intelligen
tiam pertinere. In genesi lamech loquitur
ad uxores suas: ada et sella. Audite
vocem meam uxores lamech: auribus per
cipite sermones meos: quia virum
occidi in vulnus meum: et iuvenem
in livorem meo. Et ysaias. Audite
celi: et auribus percipe terra. Explicit
prologus. Incipit Johel propheta

VERBUM domini quod fac
tum est ad iohel filium
phatuel. Audite hoc
senes: et auribus perci
pite omnes habitatores terre: si fac
tum est istud in diebus vestris: aut in die
bus patrum vestrorum. Super hoc filiis ve
stris narrate: et filii vestri filiis suis:
et filii eorum generationi altere. Re
siduum locuste comedit brucus: et
residuum bruci comedit rubigo. Ex
pergiscimini ebrii et flete: et ululate
omnes qui bibitis vinum in dulcedine:
quoniam periit ab ore vestro. Gens enim ascen
dit super terram meam: fortis et innume
rabilis. Dentes eius ut dentes leonis:
et molares eius ut catuli leonis. Posuit
vineam meam in desertum: et ficum meam
decorticavit. Nudans spoliavit eam
et proiecit: albi facti sunt rami eius. Plange
quasi virgo accincta sacco super virum
pubertatis sue. Periit sacrificium: et liba

tio de domo domini. Et luxerunt sacer
dotes ministri domini. Depopulata est
regio luxit humus: quoniam devasta
tum est triticum: confusum est vinum et elan
guit oleum. Confusi sunt agricole: ulula
verunt vinitores super frumento et or
deo: quia periit messis agri. Vinea confu
sa est: et ficus elanguit. Malo granatum
et palma et malum: et omnia ligna agri a
ruerunt: quoniam confusum est gaudium a filiis
hominum. Accingite vos et plangite sa
cerdotes: ululate ministri altaris. Ingre
dimini cubate in sacco ministri dei mei:
quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium
et libatio. Sanctificate ieiunium. vocate ce
tum: congregate senes et omnes habitatores
terre in domum dei vestri: et clamate ad dominum
A. a. a. diei: quia prope est dies domini: et quasi
vastitas a potente veniet. Numquid
non coram oculis vestris alimenta perierunt:
de domo dei nostri letitia et exultatio. Com
putruerunt iumenta in stercore suo:
demolita sunt horrea. et dissipate sunt apo
thece: quoniam confusum est triticum. Quid in
gemuit animal. mugierunt greges ar
menti: quia non est pascua eis: sed et greges
pecorum disperierunt. Ad te domine clamabo.
quia ignis comedit speciosa deserti: et
flamma succendit omnia ligna regio
nis. Sed et bestie agri quasi area sitiens
ymbrem suspexerunt ad te: quoniam exsic
cati sunt fontes aquarum: et ignis devora
vit speciosa deserti. Canite tuba in syi
on: ululate in monte sancto meo. Contur
bentur omnes habitatores terre: quia venit
dies domini: quia prope est dies tenebrarum et cali
ginis. dies nubis et turbinis. Quasi ma
ne expansum super montes: populus multus
et fortis. Similis ei non fuit a principio: et
post eum non erit usque ad annos generatio

onis ⁊ generationis. Ante faciē ei᷒ deuo
rans: ⁊ post eū exurens flamma. Qua
si hortus uoluptatis terra corā eo: ⁊ post
eum solitudo deserti: neq; ē qui effugiat
eū. Quasi aspectus equoꝝ: aspectus eoꝝ:
⁊ q̄ſi equites sic current. Sicut sonitus
quadrigaꝝ sup capita montiū exilient:
sicut sonitus flamme ignis deuorantis
stipulam: uelut pp̄ls fortis p̄paratus ad
p̄liū. A facie ei᷒ cruciabuntur pp̄li: oēs
uultus redigentur in ollam. Sic fortes
current: quasi uiri bellatores ascendēt
murū. Viri in uiis suis gradientur: ⁊ nō
declinabunt a semitis suis; uni᷒ q̄sq;
fr̄em suū n̄ coartabit. Singli in calle
suo ambulabūt: s; ⁊ p fenestras cadent
⁊ n̄ demolient᷑. Vrbem ingredient᷑: in
muro current. Domi᷒ conscendent: ⁊ p fe
nestras īntrabūt quasi fur. A facie eius
contremuit t̄ra: mot̄ s̄ celi. Sol ⁊ luna
obtenebrati s̄: ⁊ stelle retraxerūt splen
dorē suū. Et dn̄s dedit uocē suā ante fa
ciē exercitus sui. q2 multa s̄ nimis ca
stra ei᷒: q2 fortia ⁊ facientia u̇bū ei᷒. Mag
nus enī dies dn̄i ⁊ terribilis ualde: ⁊
q̄s sustinebit eū: Nūc g° dicit dn̄s con
uertimini ad me in toto corde u̅r̅o. ĭ ieiunio
⁊ in fletu ⁊ in planctu: ⁊ scindite corda
u̅r̅a ⁊ n̄ uestimenta u̅r̅a. Et ɔūtimini
ad dn̄m dm̄ u̅r̅m. q̄ꝛ benigni᷒ ⁊ miseri
cors ē: patiens ⁊ mlt̄e mīe. ⁊ p̄stabilis
sup maliciā. Q̄s scit si ɔūtatur ⁊ igno
scat d̄s: ⁊ relinquat post se benedictio
nē: Sacrificiū ⁊ libamē: dn̄o dō n̄r̄o. Ca
nite tuba in syon: sc̄ificate ieiuniū: uo
cate cetū. ɔgregate pp̄lm sc̄ificate eccl̄ꝫ:
coadunate senes. ɔgregate paruulos ⁊
sugentes ubr̄a. Egrediatur sponsus de
cubili suo: ⁊ sponsa de thalamo suo. In
t̄ uestibulū ⁊ altare plorabunt sacer
dotes ministri dn̄i ⁊ dicent. Parce
dn̄e pp̄lo tuo: ⁊ ne des hereditatem
tuā in obp̄briū. ut dominentur eis na
tiones. Quare eū dicunt in pp̄lis. ubi
ē ds̄ eoꝝ: Zelatus ē dn̄s terram suā:
⁊ pepcit pp̄lo suo. Et respondit dn̄s:
⁊ dixit pp̄lo suo. Ecce ego mittam uo
bis frumentū ⁊ uinū ⁊ oleū. ⁊ reple
bimini eis: ⁊ n̄ dabo uos ultra obp
briū in gentib;: ⁊ eū q̄ ab aquilone ē
p cul faciā a uob: ⁊ expellam eū in ter
rā inuiā ⁊ desertā. Faciē ei᷒ ɔtra mare
orientale: ⁊ extremū ei᷒ ad mare no
uissimū. Et ascendet fetor ei᷒ ⁊ a
scendet putredo ei᷒: q2 supbe egit. No
li timere t̄ra. exulta ⁊ letare. q̄m mag
nificauit dn̄s ut faceret. Nolite timere
animalia regionis. q2 germinauerūt
speciosa deserti: q2 lignū attulit fruc
tū suū: ficus ⁊ uinea dederunt uirtutē
suā. Et filii syon exultate ⁊ letami
ni in dn̄o dō u̅r̅o. q2 dedit uobis docto
rē iusticie: ⁊ descendē faciet ad uos
imbrē matutinū ⁊ serotinū sicut in
p̄ncipio. Et implebunt᷑ aree frumē
to: ⁊ redundabunt torcularia uino ⁊
oleo. Et reddam uobis annos. q̄s co
medit locusta bruchus ⁊ rubigo ⁊ e
ruca. fortitudo mea magna quā mi
si in uos: ⁊ comedetis uescentes et
saturabimini: ⁊ laudabitis nomē
dn̄i dī u̅r̅i q̄ fecit uobiscū mirabilia:
⁊ n̄ ɔfundentur pp̄ls m̄s in sempit
nū. Et scietis q2 in medio isr̄l ego sū.
⁊ ego dn̄s ds̄ u̅r̅ ⁊ n̄ ē ampli᷒: ⁊ n̄ co̅
fundetur pp̄ls m̄s in etnū. Et erit
post hec effundā sp̄m meū sup om
nē carnē: ⁊ p̄phetabūt filii u̅r̅i ⁊ filie
u̅r̅e. Senes u̅r̅i somnia somniabunt:
⁊ iuuenes u̅r̅i uisiones uidebunt.

Sed et super servos meos et ancillas me-
as in diebus illis effundam spiritum meum:
et dabo prodigia in celo et in terra. san-
guinem et ignem et vaporem fumi. Sol con-
vertetur in tenebras. et luna in sangui-
nem: ante quam veniat dies domini mag-
nus et horribilis. Et erit omnis qui invo-
caverit nomen domini salvus erit: quia
in monte Syon. et in Ierusalem erit salva-
tio. sicut dixit dominus. et in residuis quos
dominus vocaverit. Quia ecce in diebus
illis. et in tempore illo. cum convertero cap-
tivitatem Iuda et Ierusalem. congregabo om-
nes gentes. et deducam eas in vallem
Iosaphath: et disceptabo cum eis ibi super
populo meo. et hereditate mea Israel quos
dispersrunt in nationibus et terram meam divi-
serunt: et super populum meum miserunt
sortem. Et posuerunt puerum in prostibu-
lo: et puellam vendiderunt pro vino ut bi-
berent. Verum quid vobis et mihi Tyrus. et
Sydon. et omnis terminus Palestinorum? Num-
quid ultionem vos reddetis mihi? Et si ul-
ciscimini vos contra me. cito velociter
reddam vicissitudinem vobis super caput
vestrum. Argentum enim meum et aurum tulistis:
et desiderabilia mea et pulcherrima in-
tulistis in delubra vestra: et filios Iuda
et filios Ierusalem vendidistis filiis Gre-
corum: ut longe faceretis eos de finibus
suis. Ecce ego suscitabo eos de loco
in quo vendidistis eos: et convertam retri-
butionem vestram in caput vestrum: et ven-
dam filios vestros et filias vestras in manibus
filiorum Iuda. Et venundabunt eos Sa-
beis genti longinque: quia dominus locutus
est. Clamate hoc in gentibus: sanctificate
bellum: suscitate robustos. Accedant:
ascendant omnes viri bellatores. Con-
cidite aratra vestra in gladios. et ligones

vestros in lanceas. Infirmus dicat: quia ego
fortis sum. Erumpite et venite omnes
gentes de circuitu et congregamini. Ibi
occumbere faciet dominus robustos tuos.
Consurgant et ascendant gentes in val-
lem Iosaphat: quia ibi sedebo ut iudi-
cem omnes gentes in circuitu. Mittite fal-
ces: quoniam maturavit messis. venite et
descendite quia plenum est torcular: exu-
berant torcularia. quia multiplicata est
malitia eorum. Populi populi in valle concisionis:
quia iuxta est dies domini in valle concisionis.
Sol et luna obtenebrati sunt: et stelle retraxe-
runt splendorem suum: et dominus de Syon ru-
giet: et de Ierusalem dabit vocem suam. Et
movebuntur celi et terra: et dominus spes populi sui:
et fortitudo filiorum Israel. Et scietis quia ego
dominus deus vester habitans in Syon in monte
sancto meo. Et erit Ierusalem sancta. et alieni non tran-
sibunt per eam amplius. Et erit in die illa stil-
labunt montes dulcedinem: et colles flu-
ent lacte: et per omnes rivos Iuda ibunt
aque. Et fons de domo domini egredietur:
et irrigabit torrentem spinarum. Egyptus
in desolationem erit: et Idumea in deser-
tum perditionis: pro eo quod inique egerint
in filios Iuda. et effuderint sanguinem
innocentem in terra sua. Et Iudea in eter-
num habitabitur: et Ierusalem in generatio-
nem et generationem. Et mundabo san-
guinem eorum quem non mundaveram: et dominus
commorabitur in Syon. Explicit Io-
hel propheta. Incipit prologus in Amos propheta.

Ozias rex cum dei religionem sollicite
emularetur. nimio religionis amo-
re provocatus contra preceptum legis Moy-
si. arrepto thuribulo ut in hystoria
libri Regum et Paralypomenon ostenditur.
sacerdotale officium presumere conatus est.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg